



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Tentationum occasiones quorundam fugiendas: sensus membraq[ue]
corporis quanto sint studio à quavis curiositate arcenda. Can. VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

CANON VII.

AT molestum est, inquis, in conflictu semper pugnare, molestum est cupita negare, molestum est qui delectant, non cogitare, molestum est amata persequi.

Filia è duobus constas: Carne videlicet, & spiritu: ideo diuersa etiam appetis.

Porro, quæ carnem delectant, molesta sunt spiritui. Si carni molestum est sibi ipsi vim inferre, si non potest seipsam odisse, spiritus regnet, spiritus imperet, & huic non sit molestum hostem suum, id est, carnem suam sub iugo ac freno habere subiectam. Af-

fiduitate tamen pugnandi quod est in principio graue: fit leue ac tolerabile. Quanto enim sapius hosti resistis, tanto tu eris fortior, ille verò imbecillior. Nunquid ne-

scis quod regnum celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud: Certa igitur viriliter, & quanto fortius sapiusque conflixeris, tanto semper facilius pugnabis. Adde, quod sic-

ut tentatio, ita hæc pugna non semper erit. Corona autem quæ victori dabitur, tibi manebit æterna. Pro conditione acrioris pugnae dabitur tibi & gloriosior corona

victoriae. Vnde tentata si viceris, habebis præmium duplex, quæ alioqui, id est, non tentata, habitura fueras præmium simplex. Quanto præterea alicuius peccati

tentatione plus fatigaris, tanto si non consereris, à peccatis purgaberis. Et quamuis in conflictu eiusmodi, dum tentatio grauis præsertim in carne, sæuit, plura soleant

venialia, (veluti vulnera leuia pugnantibus inferuntur) committi: nihilominus tamen poena illa, quæ toleratur in sustinendo pugnam, & resistendo lethalibus vi-

tiis, aduerso poenam illam venialibus debitam, tollit. Charitas quoque ipsa ad quæ propter me pugnans, lethalia vulnera propulsas, & pro virtutibus certando labo-

ras, non solum sanat ipsa minora vulnera tua, verum etiam ea vertit tibi, dum tandem perfecte viceris, in gloriam & in præmium: quemadmodum militis quoque

acriter pugnantis, cicatrices vulnerum quæ in agone pugnae vehementioris accipi-

unt, ad gloriam post victoriam ostentantur. Non igitur formides o filia, si pugnare diutius habeas, & tentatio diu vigeat. Si non præuales sensualitatem aded subigero,

ut sit omnimodis subiecta rationi, semper tamen ei resiste: nunquam cede, nunquam pacem illi dimitte. Hæc pugna, hæc rixa, reputabitur tibi à me pro victoria. Siquidem non solum vicisse malum, sed etiam malo pro viribus restitisse bonum est. imò nonnunquam præclarior, siue vt ilius est, pugnam exercendo diutius sustinuisse

insultus hostium atque certaminis laborem: quam cito præualuisse, præsertim dum mea id dispensatione agitur (qui optima quæque semper vobis prouideo) non ne-

gligenti ac acedia vestra. Attendo enim, qui æquissimus sapientissimusque sum: omnium militum meorum & laborem & virtutem, plurisque æstimo illorum velle,

quàm posse.

Posse enim vincere ex meo est munere, velle vincere est ex vestro arbitrio, nò tamen id quoque sine gratia mea. Proinde licet utrobique vt gratia mea concurrat,

neceesse sit, in velle tamen bonum plus est de arbitrio vestro, quàm in posse. Quod ego pensans, magis o filia probo quantum velis, quàm quantum possis. Dignè verò

est ac iustum, vt quæ longius & laboriosius certaueris, præmium etiam copiosius accipias: & non solum præmium in futura vita, sed hic etiam gratiam pro gratia.

Tentationum occasiones quorundam fugiendas: sensus membraque corporis quanto sint studio à quavis curiositate arcenda.

Homo ex quibus duobus constat.

Matt. x.

Præmium duplex vt dicitur superantibus tentationes.

Maculas in tentationibus contrahuntur quas quænam auferant.

Tentari diutius, quam cito superant tentationes illo præclarior.

Solite tamen cauere debes, ne ipsa tibi tentationis aut ruinae sis occasio, hostis praebens animum & vires, ex temetipsa. Quod ne fiat, tentationum irritamenta fuge, sensuum euagationem cohibe, familiaritates & singulares amicitias vitroque sexu (quas sub specie deuotionis, aut spiritualis amoris saepe numero diabolus conciliat) euita. Relinquunt enim plerumque post se tentationes graues suspitionum, inquietudinum, distractionum, aut scandala impatientis amoris. Si hostis praeforibus tuis staret, qui vitam tibi moliretur abripere, nunquid illum intromitteres? Quomodo clauderes & prohiberes ingressum? lam imagines, cogitationes affectionesque carnales, aut vitiosae nituntur intrare cor tuum, & animae tuae vitam extinguere: num intromitteres eas? Noli eas admittere. Noli me expellere, sed vi & cum detestatione illas abiice.

Conuerte cor tuum ad me, & si quid in carne etiam tua sentis, inde cor tuum auerte. Abstinentia & sobrietate cibi & potus carnem lasciuientem afflige: personarum, locorum, & quarumcumque occasionum accessus vnde te sentis tentari, abstinde. Et maxime caue ne ipsa tu membra tua des arena iniquitatis ad iniquitatem. Atque adeo vniuersum corpus tuum sub aeterna disciplina, sub tantaque modestia ac verecundia cohibe, vt pudicitiae & castitatis zelo, vix audeas vel sola manuum pedumque tuorum nuditatem videre aut contingere. Ceterum cogitationes immundas ac importunas, meditatione sancta & imagine vitae ac passionis meae, veluti clauo clauo expelle. Singularem etenim praestant virtutem vulnera & passionis meae cogitata. Nam si herbis lapidibusque ac radicibus indidi virtutem expellendi morbos, quantum putas me vulneribus & passionibus meis tribuisse efficaciam morbos spirituales expellendi, animamque sanandi & sanctificandi?

Spirituales blasphemaeque tentationes vti sint vincenda.

CANON IX.

Si quandoque, vt fit, cogitationes impurae & scedae contra me aut sanctos, item blasphemiae perfidiaeque tibi inciderint, noli perturbata amodo (modo confesum animo deliberato non praestiteris eis) pusillanimitas fieri, neque pro confessione facienda de talibus anxiam. Habent enim plus tristitiae, quam delectationis, & magis tu ea pateris, quam agis. Ideo bonae menti, neque sunt formidanda neque confutenda: his enim pia mens conspuitur, non conspuat. Et ideo eiusmodi, quae deo cordi & sponsae meae magnam quandoque pariuat tristitiam (videlicet quod cogitur sentire in corde suo volutari imaginationes ac cogitationes contra me, cuiusmodi vel magni peccatores horrent) sunt potius ad afflictionem & purgationem tibi, quam ad inquisitionem. Diabolus enim dum a cunctis vidit te abstractam ad me spirare, pacem tuam huiusmodi phantasiae, quae horribiles videntur, perturbare nititur, & tui ad me coniunctionem impedire. Quare tempus quo maius est laborum, & quanto diuinis actibus vehementius infiltis, quantoque ad me mentem tuam elcuare & mihi vnire contendis perfectius, tanto ille quoque se ingerunt imaginationes improbius ac importunius, diabolo vel etiam timore formidoloso eas excitante: quia quam primam quis horret ac timet, illico sentit hoc propter quod, aut quod timet. Timor etenim ac pusillanimitas excitat ac parit imaginationem eius, quod timetur.

Hac

Occasiones
tentationum
quarum ca
uenda.

Rom. 6.

Sensus, me
braque qui
to sunt lu
dio arcenda
a curiosita
te omni.
Vulnere
Christi vir
tus quanta.

Blasphemae
tentationes
quomodo
superanda.